Notandum quod quicumque in iſto libello proficere deſiderat non
tranſitorie vel curioſe que hic traduntur tranſcurrat ſed ad
ſenſum verborum diligenter attendat et ſentenciam fideliter
ponderat et documenta devote practice et ſpeculative ſimul
adnectat Et ſic hic per dei gratiam poterit invenire ſui intellectus
illuminationem ſui affectus inflammationem ſue vite emenda
cionem et divine ſuavitatis conſolationem Ut ſic expedite per
venire tandem valeat ad beatificam viſionem ad deificam
fruicionem et ad tranquillam et ſecuram eterne beatitudinis
firmam poſſeſſionem etc

Incipit occupacio devotorum